

I ta huic facietis fabule silentium  
I taque acqui & iusti hic eritis omnes arbitri  
N unc quouis iussu uenio & quam ob rem uenerim  
D icam. simulq; ipse eloquar nomen meum.  
I ouis iussu uenio nomen mercurij est mihi  
P ater huc me misit ad uos oratum meus  
T am & si pro imperio uobis quod dictum foret  
S cibat facturos quippe qui intellexerat  
V eteri uol sese & metuere ut equum est iouem.  
V erum profecto hoc petere me precario  
A uobis iussit leniter dictis bonis  
E t enim ille cuius iussu huc uenio iupiter  
N on minus q; uostrum quiuis formidat malum  
H umana matre natus humano patre  
M irari non est equum sibi si pretimet  
A t ego quoq; etiam qui iouis sum filius  
C ontagine mei patris timeo malum.  
P ropterea pacem aduenio & pacem ad uos affero  
I ustam rem & facilem esse oratum a uobis uolo  
N am iuste abiustis iustus sum orator datus  
N am iniusta ab iustis impetrari non deceo.  
I usta autem ab iniustis petere insipientia est.  
Q uippe illi iniqui ius ignorant. neque tenent  
N unc iam huc animum ad ea que loquar aduertite  
D ebetis uelle que uelimus metumus  
E t ego & pater de uobis & re publica  
N am quid ego memorem ut alios in tragoedijs  
V idi neptunum uictoriam iurturem  
M artem bellonam comemorare que bona  
V obis fecissent. quis bene factis meus pater  
D eum regnator & architector omnibus  
S ed mos nunq; fuit illi patri meo  
V t exprobaret que bonis faceret bona  
G ratum arbitratur esse id a uobis sibi  
M eritoq; uobis bona se facere que facit  
N unc quam rem ornatum huc ueni primum proloquar